Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

et pascebantur in locis palustribus Alie quoque septem
emergebant de flumine fede confecteque macie et
pascebantur in ipsa amnis ripa in locis virentibus
devoraveruntque eas quarum mira species et habitu
do corporum erat Tu autem Lectio tercia secunda
Expergefactus pharao rursum dormivit et vidit
alterum sompnium Septem spice pullulabant in cul
mo uno plene atque formose Alie quoque totidem
spice tenues et percusse uredine oriebantur devora
tes omnes priorum pulcritudines Tu autem Lectio tercia
Evigilans pharao post quietem et facto mane
pavore perterritus misit ad coniectores egypti
cunctosque sapientes Et accersitis narravit som
nium nec erat qui interpretaretur Tu autem domine Cap
Domine imminuti sumus plusquam omnes gentes
sumusque humiles in universa terra hodie propter pec
cata nostra R Euangelium ant. Audite et intelligite tradiciones
quas dominus dedit nobis Collecta Presta nobis domine ut
salutaribus ieiuniis eruditi a noxiis quoque viciis
abstinentes propiciacionem tuam facilius impetremus Per
Super populum Colla Concede quesumus omnipotens deus ut
qui protectionis tue graciam querimus liberati a malis
omnibus secura tibi mente serviamus Per Ad terciam Cap
Nunc sequimur te domine in toto corde et time
mus et querimus faciem tuam ne confundas nos sed
fac nobiscum misericordiam tuam domine deus noster R Colla
Concede misericors deus ut devotus tibi populus
tuus semper existat et de tua clemencia quod ei prosit
indesinenter obtineat Per Ad sextam Cap Tu domine pa
ter noster nos vero lutum tu fictor noster nos opera manuum
tuarum ne irascaris domine satis et ne memineris
iniquitatis nostre domine deus noster R Colla Fide
li populo tuo domine misericordiam placatus impende et
presidia necessaria tribue supplicanti Per Ad nonam
Cap Benedictum nomen tuum deus patrum
nostrorum qui cum iratus fueris misericordiam facis et in
tempore tribulacionis peccata dimittis hiis qui invo
cant te Per Colla Presta nobis domine ut salutari
bus Ad vesperas Cap Domine imminuti
sumus R Educ de carcere animam meam Euangelium ant.